Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



autem sepulcrum et flos de cadit verbum autem dei manet istum
In illo tpe: Una sabbati valde Secundum lucam 24
diluculo venerunt mulieres ad monumentum
portantes que paraverant aromata. Et invenerunt
lapidem revolutum a monumento. Et ingresse no
invenerunt corpus domini ihu. Et factum est dum
mente consternate essent de isto ecce duo viri steterunt
secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem et de
clinarent vultum in terram. Dixerunt ad illas. Quid
quitis viventem cum mortuis? non est hic sed sur
rexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum
adhuc in galilea esset dicens. Quia oportet filium
hominis tradi in manus hominum peccatorum et crucifigi
et tertia die resurgere. Et recordate sunt verborum eius.
Et regressa a monumento nuntiaverunt hec omnia
illis undecim et ceteris omnibus. Erat autem maria ma
gdalena et iohanna et maria iacobi. et ceteri que cum
eis erant. que dicebat ad aplos hec. Et visa sunt ante
illos sicut deliramentum verba ista et non credebant
illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum
et procumbens vidit linteamina solla posita. Et
abiit secum mirans quod factum fuerat Sta vs. L. c. b.
Fres. Certus sum ego ipse de p. a. ad Romanos 15
vobis quia et ipsi plenis estis dilectione repleti
omni scientia. ita ut possitis alterutrum monere. Audac
ius autem scripsi vobis fres et pte tanquam in memoria
nos reducens. ppter gratiam que data est mihi a deo. ut
sim minister xpi ihu in gentibus sanctificans evan
gelium dei. ut fiat oblatio gentium acceptabilis sanc
tificata in spiritu sancto. Ideo igitur glia. ix. ihu dno nro